

De vegetabilibus et plantis

719

Eccl. xij. Verba sapientum sicut stimuli: et quasi clavi in altum deservi. **Ca. XXIII**

Fruor diuini amoris augetur ex afflictione carnis: et abundantia deuotionis: cuius exemplum apparet in pino. Nam pinus quae exterius habet durum et grossum corticem sed interiorius multum humorem pingue: de facili et multum inflamat si igni aliquo casu applicat. Ille quoque exterius habet durum corticem et asperum quae carne suauis per duram abstinentiam vel asperos labores affligit. Ille interiorius habet multum pinguedinis quae multam habet deuotionem mentis: et habet diuinum amorem facili et fortiter inflamat. dum aliqui ignite. id est affectuose rei applicat siue affectuose uerba audiendo. **Ps. ciiij.** Eloquentum domini inflamat eum. Siue deuotas scripturas intelligendo: **Lu. viij.** Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loquerer in uia et aperiret nobis scripturas? Siue de passione iesu christi meditando: quia ibi ostensus est singularis amor saluatoris. si in opere non redemptio: et ideo marie dicit in nobis accedere ignem amoris. **1. Cor. xij.** Berth. sup. Cant. l. sermone. **xx.** dicit: Dilexit nos deus dulcis: sapienter et fortiter. Dulcis nepe dixerim: quia carne induit. sapienter: quia culpa uitanit. fortiter: quia mortem sustinuit: et superbia reddidit te mihi amabilem bone iesu calyx quem bibisti opus nonne redemptiois. Hoc enim pino amore non uendicat sibi: sed inquam nostram deuotionem blandit: allicit: iustus erigit: artem strigit et uehementius afficit.

Capitulum: XXIII

Fides assimilatur amygdalo: quia amygdalus est quasi omnes arbores florentia, omnibus enim arboribus prior se floribus vestit: et ad fructum ante ceteras arbores se disponit. Sicut uirtus fides dicitur in corde hominis ante omnes uirtutes florere. Nam fides est sicut dispositio mentis ad charitatem et ad alias uirtutes. Nam sic flos est dispositio ad fructum: ita actus fides quae est credere est dispositio ad actum charitatis et ceterarum uirtutum. Ex quo patet quod dum fides crederet peruenit: ante omnes uirtutes floret: et ad fructum uirtutum. id est opera se ante ipsas disponit. **1. Cor. xij.** **1. Cor. xij.** Fides inquit est speranda substantia rerum. Nam sicut substantia natura antecedit: et accidentia consequuntur quodam ordine substantia: ita fides antecedit speciem ceteras

virtutes. Et ideo ipsa fides a sanctis fundamētum uocat uirtutum tam infusam quam acquirarum super quod constructum totum edificium spiritualium uirtutum. Et etiam assimilatur radici ex qua tota arbor exurgit. Et ideo Augustinus dicit super Iob. Sicut in radice arboris nulla prolixus apparet pulchritudinis species: tamen quicquid est in arboris pulchritudinis uel decoris ex illa procedit. Sic ex fidei humilitate quicquid meriti quicquid beatitudinis anima susceptura est: ex fidei fundamentum procedit. Scio quia amygdalus est cultura re exposita. Nam ut dicit Aristoteles. Hae arbor cultura indiget maxime cum antiqua est: et plus fructificat antiqua quam nouella: precipue si sit bene cultura. Nam ut possit magis esse fructifera clauis est in radice perforanda. Sicut fides indiget cultu et custodia boni operis. Alioquin est infertunda et ut arbor mortua: ut patet Jac. **ij.** Fides autem quasi nouella fuit in patribus antiquis quae fuerunt ante christum aduentum. Et ideo minus fructifera. Sed nunc in nobis quae sumus in quibus sine seculorum deuenerunt est quasi antiqua: et tamen frustra fides post christum si studiosis operibus fuerit culta: est merito fructibus magis copiosa: sicut est in radice cordis clauis timoris et amoris perforanda: ut timore excitet et amore operetur: quia fides per dilectionem operatur: ut dicit **Gal. v.** Augustinus. Cum dilectione fides christiana sine dilectione fides demonis. Qui autem non credunt peiores sunt quam demones et tardiores. Tertio quia amygdalus est morborum curatiua. Dicit enim Dioscorides. quia tota arbor amygdalorum est medicinalis. Habet enim medicinale solidum. id est radicem: quia radix eius elixata et trita maculas uultus purgat. Sic fides elixata charitatis calore: et trita tribulationum persecutione purgat maculas faciei. id est peccata. **Act. xv.** Fide purificas corda eorum. Item habet medicinale comam. id est corticem et frondes: quia cortex eius et folia sunt etiam mundificatiua et sanatiua. Cortex autem et folia fidei sunt uerba confessionis fidei: quibus interior fides exterius ostenditur: et haec etiam sunt sanatiua: quia sic dicit **1. Cor. xij.** **Roma. x.** Corde credis ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. Item haec amygdalus medicinalis oleum: quia oleum de amygdalis multum ualeat infirmitates. Nam uermes et lumbricos in corpore necat: menstrua purgat: straguriditatem efficaciter leuat: et aurium sanum mundat si auri tepidum instillet. Flores etiam eius decocti in oleo caducos et lethargicos curant: cum melle triti moribus obulsi et uleera

o 3